

mögen / durch den gemeldten unsern und des Reichs Rath gefertiget / und mit einem Zusatz etlicher Wort unterschrieben werden sollen / nemlich also: Ad mandatum Domini Regis in Consilio Imperii.

(3) *Vid.* der Landfried *Wormat. de Ann. 1495. Tit. 10.* des Landfriedens Handhab. *Wormat. de eod. Ann. pr. & Tit. 8.* die Erklär des Landfried. *August. de Ann. 1500. & c. in pr. Recess. Imper. August. de Ann. 1510. §. 16.*

(4) *Vid.* in specie Mandatum Imperatoris ad Status de servandâ Ordinatione Camerali, subjunctum *Ordinat. Cameral. Ratisbon. de Ann. 1500.*

### §. 5.

Verum enim verò ipsos Recessus inspicienti id quoque patebit, esse verissimum, quod supra (1.) diximus: Scilicet Imperatorem decrevisse quidem Executionem, sed non nisi auctoritatis gratia, & ad voluntatem Statuum. Etenim sive in Comitibus, sive in Judicio Aulico, sive in Camera, sive denique in Regimento decreta fuerit Executio, omnibus hisce in Collegiis utique concurrebant Status, & non nisi secundum majora horum vota pronunciare poterat Imperator. (2.) Hinc & plurium in Recessuum Imperii sub Maximiliano I. conscriptorum proœmio Imperator & Status convenisse dicuntur, ut consultarent von Handhabung des Landfriedens und Vollziehung der gesprochenen Urtheil. (3.) Hinc & Executorialibus Camerae mandatis non sufficientibus, non ad Imperatorem, sed ad Comitium recurrendum erat implorantibus. (4.)

(1) *Cap. 1. §. 3.*

(2) Dissidentibus enim ab Imperatore Statibus Eum non posse procedere, nec etiam minora sequi Vota, jamdudum à publici Jutis consultis est evictum. *Vid.* Ill. Dn. GABRIEL SCHWEDERUS nostrâs in *Introd. ad Jus publ. Part. Spec. Sect. I. Cap. 30. p. m. 634.* & B. de COCCIJUS in *Jur. publ. prudent. Cap. 20. §. 38. p. m. 383.*

(3) Handhab. des Landfried. *Wormat. de Ann. 1495. pr. Tit. 2. Ordinant. Regiment. August. de Ann. 1500. pr. Tit. 1. & c. junct. der Erklär. des*

des